



Sammelbd



2. D. B. V.

COLLEGII PVBLICI
DISPVTATIO III.

16

De
**TUTORIBVS ET
CVRATORIBVS,**

AD

Tit. XIII. seqq. Lib. I. Institut.

Quam

IN ALMA FRIDERICIANA
PRÆSIDE

DN. IO. SAMVELE STRYKIO, IG.
SEREN. VIDVÆ SAXO-ISENACENS. CONSILIAR. AVLICO
ET PROF. IVR. PVBL. ORDINARIO

In Auditorio Maiori

d. XXXI. Maii A. R. S. M DCC IX.

*placide eruditorum disquisitioni
submitit.*

SIMON CONRAD LIPPE,
e Salinis Maioribus Magd.

HALÆ-MAGDEBVRGICÆ, TYPIS IO. MONTAGII, ACAD. TYR.

COLLEGII PABLICI
DISPUTATIO III.

TUTORIBVS ET
CURATORIBVS

DE

IN NOMINE REIPUBLICAE
PRÆSENT

DE IOHANNIS STRYMONIS
ET PLOTINI PABLI ORATIONE

IN ACADEMIA

SIMON CONRAD FIPPE

HAEC ACADEMIA PABLI MONTIS CAELII





Th. I.



Etelarum ius non sola approbatione, sed & confirmatione, ipsaque essentia iuris ciuilibis est. Formam enim non a iure gentium habet, sed est vis & potestas iure ciuili data & permissa *b. §. 1. ibique Mynsing. n. 10. Heig. n. 12. 13. & 14.*

Th. II.

Vulgatissima apud omnes controuersia est, an verba in definitione Tutelæ, *in capite libero*, ad Tutorem vel Pupillum pertinent? Dubium hoc ex Grammaticis petitur: *in Caput liberum* enim dicendum existimant, qui, quod & verum est, pupillum his verbis designari asserunt. Verum illa transpositio ablatiui & accusatiui frequens in iure nostro est. Ita enim Accusatiuus pro ablatiuo occurrit in *L. 2. §. 31. ff. de O. 7. ibi in publicum esse in L. 4. ff. de fugitiv. ibi: in custodiam retinere, in L. 14. §. 11. ff. quod. met. Caus. ibi: esse in fugam & in L. 42. §. 1. p. de acqu. hered. ibi: perseuerare in societatem. Sed ablatiuus pro accusatiuo pariter ponitur *L. 12. ff. qui testam. fac. poss. ibi: in hostium potestate peruenire L. 6. §. 7. ff. de iniust. rupt. ibi: in carcere recipere. L. 85. in fin. ff. de Leg. 3. ibi: conferre sermonem in mortis tempore.**

Th. III.

Dari Tutelam conuentionalem, dictu quidem insolens est,

est, nil tamen refragari videtur, quo minus hanc speciem ex §. 9. *Inst. de Excus. Tut.* deriuemus: quamuis nec diffiteamur, de testamentario Tutore verba illa explicari posse. Interim ex *Ordinat. Polit. Magd. c. 43. §. 1.* eadem quoque defendi posset.

Th. IV.

Mater, ob defectum Patriæ potestatis, absque heredis Institutione & Magistratus inquisitione, nec hodie, testamento Tutorem dare potest. Vtrumque enim coniunctim requiritur §. 4. ibi: *mater autem non nisi instituto. ff. de Test. Tut.* Borchold. ad §. 3. *Inst. de Tutelis* Treutl. 2. *Disp. 8. th. 2. lit. C.* ibiq; Bach,

Th. V.

Tutor FILIIS datus, nepotibus datus non censetur, secus si liberis datus sit; Quia natura filium a Nepore distinguit, igitur hic propriam potius & naturalem appellationem sequimur cum Vinn. *h. l. 5. d. Tut.* Treutl. *d. Disp. 8. lit. C. LIBERORUM* vero appellatione omnes descendentes vtriusque sexus continentur. *d. l. 220. d. U. S. Carpz. 3. Const. 20. def. 5. & 6. Resp. 29. n. 14. decis. 22. n. 18.* Datur tamen casus, vbi filiis datus, etiam nepotibus datus censetur, de quo vid. Vinnius in *Comment. ad §. 5. Inst. qui Testam. Tut. dir. pag. m. 99.*

Th. VI.

Quamdiu Tutor ex Testamento speratur, alius Tutor dari debet, quamuis legitimus Tutor adsit. Per Text. in *l. si quis ii. pr. de Testam. Tut. & §. sed etsi. f. d. Attit. Tut.* Tutelæ enim onus deferitur iuxta successorium Edictum instar hereditatis. *pr. f. de legit. Patr. Tut. vers. f.* Sicut igitur spes heredis instituti, venientem ab intestato excludit: Ita testamentarius Tutor excludit legitimum, venientem a lege. Gothofred. *ad d. l. ii. n. 94.* Non igitur locum hic habet REGULA: quæ tutorem habenti alium dandum, prohibet. Wesenb. *ad §. 2. f. qui Testam. Tut. Vul-tej. adpr. Tit. 14. n. 4.*

Th. VII.

Th. VII.

Hodie omnem tutorem a iudice confirmandum notissimi iuris est, qui vero exinde statuunt, hodie tantum vnicam tutelæ speciem esse, scil. datiuam, illi insigniter falluntur.

Th. VIII.

Feminæ regulariter tutelæ capaces non sunt, excipitur tamen mater & auia, quæ omnibus agnatis in tutela præferuntur: Interim non dubito Principem etiam v. gr. amitæ, materteræ &c. tutelam deferre posse.

Th. IX.

Mater filio tutorem dare non potest, nisi eum heredem instituat *L. 4. §. 4. ff. de Testam. tut.* Hic tamen non sufficit filium institui in legitima, sed oportet, vt illi vltra legitimam aliquid relinquat.

Th. X.

Mulier secundis nuptiis iurato quondam renunciare tenebatur, si tutrix esse vellet *L. 2. C. quand. mul. Tut. Offic.* quod quidem remissum postea, per *Auth. Sacramentum C. d. t.* Aula tamen Cæsarea hoc adhuc obseruat, quoties matribus principum tutelam committit: quale exemplum de Eleonora Maria Ducissa Mecklenb. adducit *Dn. D. Romanus Disp. de Tutel. pers. illustr. §. 21.* An vero iustum est tali iuramento constringere viduas, quæ, dum recens dolor ex obitu mariti est, omnes alias nuptias detestantur, sed breui interuallo nouis amoribus indulgent? Affirmatiuam defendi posse putamus.

Th. XI.

Matrem ergo tamdiu tutelam legitimam administrare, quamdiu ad secunda vota non transit, dubio caret; eam tamen a Principe impetrare posse, vt non obstantibus secundis nuptiis tutelam liberorum retineat, recte assertitur.

Th. XII.

Quod iure ciuili in *L. 4. ff. de Testam. tut.* statutum, patrem etiam exheredato filio tutorem dare posse, illud hodie vsu habere non posse existimo.

Th. XIII.

Ad tutelam legitimam vocantur agnati, exclusis cognatis de iure ciuili antiquo: Sublata autem illa differentia iure nouo *Nov. 118. c. 4. & 5.* Obtinet tamen adhuc hodie in feudis, sed hoc non obstante, mater nihilominus etiam in feudis præfertur agnatis.

Th. XIV.

Filiusfam. Tutor esse potest. Qui autem adhuc filium fam per emancipationem capite deminui asserunt, illi contra ipsum ius Romanum nouellarum, & communem praxin Germaniæ impingunt.

Th. XV.

Publice ventilata quæstio est, an legitima tantum tutela in Electorum filiis obtineat, an vero Pater eis testamento tutorem dare possit? Quicquid alii sentiant, nos solam legitimam tutelam hic obtinere existimamus propter verba *A. B. Cap. 6 §. 2*

Th. XVI.

Necessitas dandi tutorem adeo generalis est, ut etiam pupillo summe egenti tuor dandus sit.

Th. XVII.

Vt quis tutor idoneus sit, hodie ut plurimum ad bona tantum respicitur, & an cautionem sufficientem præstare possit. Sed male; Cum enim tutor principaliter personæ detur, inde præcipue ad vitam & mores quoque tutoris respiciendum, an bona educatio ab eo sperari possit. Aut educatio eiusmodi tutori adimenda.

Th. XIX.

Th. XIX.

Ita de iure Romano Iudæi Christianorum tutores esse possunt *L. 15. §. 6. ff. de Excusat.* & vitricus quoque tutor esse potest *L. fin. C. de Contr. tut. iudic.* Verum his non permittitur educatio *L. 1. C. ubi pupil.*

Th. XX.

Exemplo legitimæ Patronorum tutelæ, & Dominum deficientibus vasalli impuberis agnatis, & Principes confratres, & simultanee inuestitos, tutores legitimos esse, eadem interpretatione legis extensiuâ, statuimus.

Th. XXI.

Sed an mater in tutela præferenda sit auo paterno & materno dubitatur? Struuius negatiuam defendit propter *Nov. 118. c. 5.* vbi tantum dicitur omnibus a latere coniunctis matrem præferendam, ergo id non ad auum pertinet. Enimvero nos tamen contrarium statuimus, cum in *d. Nou.* expresse dicatur *secundum hereditatis ordinem* matrem & auiam tutelam subire debere, Si hoc, sine dubio auus tam paternus, quam maternus matri est postponendus. Hac solum in auo paterno adiecta limitatione: nisi filium in potestate retinuerit: & sic saluari potest Carpzouius *P. 2. c. 11. d. 13.* Sed illa ratio omnino cessat in Auo materno, cum filia mox per nuptias e patris potestate exeat.

Th. XXII.

Quisnam tutorem dare Imperatori impuberi debeat, non inutilis quæstio est? Saluo aliorum iudicio, existimamus, cuius est Imperatorem eligere, eius etiam esse de Tutore eidem prospicere.

Th. XXIII.

Pupillus ex contractu cum alio gesto sine tutoris auctoritate, nec naturaliter obligatur *L. 41. ff. de condiç. indeb. L. 59. ff. de O. & A.* Quodsi vero tertius tanquam fideiussor huic ob-

li-

ligationi accefferit, is obligatur *L. 25. ff. de fideiuss.* Itaque hic sublato principali non tollitur accessorium.

Th. XXIV.

Auctoritas tutoris iure Romano in ipso negotio interponenda erat *L. 9. §. 5. ff. de auct. tutor.* aut saltem antequam adhuc negotium fuerit finitum, & partes ad alia transirent *L. 25 §. 4. ff. de acquir. hered.* Hodie vero sufficit, si ex interuallo tutoris accedat auctoritas.

Th. XXV.

Suspecti tutores communiter illi tantum habentur, qui male bona pupilli administrant: sed etiam is pro maxime suspecto haberi debet, qui pupillum non recte educari curat, hoc est non ad veram pietatem & morum honestatem: cum bona animi longe pretiosiora sint, quam bona fortunæ, & damnum in illis datum irreparabile sit.

Th. XXVI.

Tutori simulac ut suspectus accusatus est, interdicitur administratio *L. 7. C. de suspect. tut.* neutiquam tamen hoc ad alios, qui in publicis officiis constituti, applicandum, ut illi etiam mox ab officio suspendi possint, propter disparitatem rationis.

Th. XXVII.

Tutor ob dolum remotus fit infamis, §. fin. h. t. An vero hoc etiam locum habeat in tutore qui ob culpam latam remotus est, maximopere disputatur, ob *L. 32. ff. de positi:* Nos autem negatiuam sententiam tuebimur, cum dolus distinguat delicta, & ibi nec minimus dolus cum maxima culpa comparari possit. vid. *L. fin. C. de suspect. tut.* Quicquid etiam contra molitur Bachouius ad Treutlerum *Volum. II Disp. 9.*

Th. 4. lit. G.

S. D. G.

153651

VD 18

ULB Halle 3
005 304 504



R

VD 17





CO
TVT
CV

Tit.

IN A

DN. IO. SA
SEREN. VIDVÆ SA
ET PR

d. XX
pla

SIMO
e

HALÆ-MAGDEBV

ET

KIO, IG.
AR, AVLICO

ACAD. TYP.

16

